



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CLXXVII. De Expugnatione Castri Raganitae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Hartmannus C. de Hieldrungen VIII. Mag. Gen. Ord. Teut.*

*Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Prov. in Prussia.*

sponderunt, de piscibus, qui sufficiebant obsessis omnibus ad vescendum. Quo audito Rutheni ab obsidione recesserunt. Ecce mira res, tunc abundabat piscibus, cum essent Scalovvitæ infideles; nunc autem fovet ranas, cum sunt Christiani; nec habet dicta piscina tantum de aqua, quæ sufficeret piscibus ad mandandum. Cur hoc sit, nescio; Deus scit, cujus incomprehensibilia sunt Judicia, & investigabiles via.

CAP. CLXXVII.

*De*

*Expugnatione Castri Raganitæ.*

FRater Thomas Advocatus Sambien-  
sis de mandato Magistri du-  
cens secum plures Fratres & mille  
viros, qui in impugnationibus muni-  
tionum fuerant plenius exercitati,  
venit navigio ad terram Scalovvita-  
rum, quæ sita est in utroque littore

*An. Domini MCCLXXVII.  
Nicolaus Papa III. & Rudol-  
phus regnaverunt.*

*Hoc tempore Roma Tybe-  
ris in tantum inundavit &  
crevit, ut per IV. pedes, &  
amplius, ascenderent super  
altare B. Mariae rotunda.*

Memelæ, & accedens improvise ad castrum, situm tunc in eo loco, ubi nunc est Castrum Raganita, incoepit ipsum impugnare, quidam scalis positus ad mœnia nitebantur ascendere: Sed cum Scalovvitæ ex adverso se opponere vellent, Sagittarii fratrum per crebra jacula ipsos repulerunt violenter, ergo illis intrantibus per mœnia, aliis per portam Castri totam multitudinem infidelium, qui plures fuerunt in Castro, quam Fratrum exercitus continebat, in ore gladii extinxerunt, mulieres & parvulos cum maxima præda rerum aliarum secum ducentes. Hoc facto Castrum & suburbium ejus & alia ædificia, quæ in Vicino fuerant, combusserunt.

LI

CAP.